

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Distinct. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

veniens est. Nam & in aliis sacramentis, quæ efficiunt, quod figurant, hoc sèpè contingit. Quidam dicunt, exteriorē pœnitentiā & interiorē esse sacramentū, nec duo sacramenta, sed vnu, ut species pánis & vini non duo sunt sacramenta, sed vnum. Et sicut in sacramento cōpóris, ita etiam in hoc sacramento dicunt, aliud esse tantum sacramentum, scil. exteriorē pœnitentiā, aliud sacramentum & rem, sc. interiorē pœnitentiā, aliud rem & non sacramentum, scil. remissionē peccatorum. Interiorē pœnitentiā, & res est sacramenti, id est exteriorē pœnitentiæ: & sacramentum remissionis peccati, quam signat & facit. Exterior quoque pœnitentia & interioris signum est, & remissionis peccatorum.

## DE SACRAMENTO VNCCTIONIS EXTREMÆ.

Præter præmissa est etiā aliud sacramentum, scil. vnc̄tio infirmorum: quæ fit in extremis, oīlo per Episcopum consecrato. Et sunt tria genera vnc̄tionis. Est n. vnc̄tio, quæ fit chrismate: quæ dicitur principalis vnc̄tio, quia in ea principaliter paracletus datur. Vnde & propter abundantiam gratiæ duos liquores mixtos habet, oleum scil. & balsamum, oleum conscientiæ, balsamum famæ. Chrisma vero Græcè, vnc̄tio Latinè dicitur. Nec tamen omne oleum ad vnc̄tionem sanctificatum chrisma vocatur, sed illud solum, quod miscetur cum balsamo: quo capita regum & pontificum vnguntur, quo etiam baptizatos sacerdos vngit in verice, & pontifex per impositionem manus confirmandos vngit in fronte. Est & alia vnc̄tio, qua catechumeni & neophyti vnguntur in pectori, & inter scapulas, in perceptione baptismi. Tertia vero vnc̄tio est, quæ dicitur oleum infirmorum: de qua nunc agitur.

A quibus institutum sit hoc sacramentum. B

*Iac. ult. cap.* Hoc sacramentum vunctionis infirmorum ab A-  
postolis institutum legitur. Ait n. Iacob<sup>9</sup>, infirma-  
tur quis in vobis: inducat presbyteros ecclesie, &  
orēt super eum, vngētes eum oleo in nomine Do-  
mini, & alleuiabit eum Dñs: & si in peccatis fuerit  
dimittentur ei. In quo ostenditur dupli ex cau-  
sacramētum hoc institutum, scil. ad peccatorum  
remissionē, & ad corporalis infirmitatis alleu-  
tationē. Vnde constat eum, qui hanc vunctionem fi-  
deliter deuoteq; percipit, & in corpore, & anima  
alleuiare: si tamen expedit, ut in veroq; alleuierit.  
Quod si forte corporis valetudinē illi habere non  
expedit; illam quę est animę, sanitatē in hoc sacra-  
mento acquirit. Et sicut in aliis sacramentis, ita &  
in isto aliud est sacramētum, aliud res sacramen-  
ti. Sacramentum est ipsa vncio exterior: Res sa-  
cramenti, vncio interior, quę peccatorum reimis-  
sione, & virtutum ampliacione perficitur. Et si  
contemptu vel negligentia sacramētū hoc præ-  
termittitur, periculosem est & damnabile.

De iteratione huius sacramenti.

*Aug. libr. 2:  
contra epist.  
Parmenia-  
ni, ca. 13. t. 7.* Querunt aliqui S: hoc sacramentum iterari pol-  
lit, cum baptismus & alia quædā sacramēta semel  
suscepta, non iteretur? Aug. dicit, sacramētum no-  
iterandum, & sacramento non faciendā esse iniu-  
riā, sed hoc dicit ubi agit de sacramento baptismi  
& confirmationis, & ordinationis. Vnde non vide-  
tur illud generaliter accipiēdum, sed de sacra-  
mento baptismi, confirmationis & ordinationis, quz  
nullaten⁹ sunt repetēda: quia semel tantum, & no-  
ſepius datur baptismus, confirmationis & ordinatio-  
nis. Sacramētum vero altaris, & poenitentiaz, & coiu-  
gii ſep̄e iterari videtur: quia ſep̄e sacramētū cor-  
poris percipitur, frequenter poenitentia agitur, con-  
iugiū ſep̄e contrahitur. Quare ergo vncio simili-  
ter non pōt iterari? Si morb⁹ nō reuertitur, medi-  
cina nō iteretur. Si vero morb⁹ non pōt cohiberi,

quare

quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest ita & vncio iterari posse videtur, utramque n. illic cōmemorat Iacob. & vtrumq; alteri consenserit, & operatur ad conferēdam alleuiationē corporis & animæ. Cur ergo negatur vncionē super infirmū posse iterari, ad impetrāndā s̄epius sanitatē mentis & corporis: cum propter infirmitatē eadē s̄epē iteranda sit oratio? Quidam a. de omni sacramēto intelligi volunt, q̄ non sit iterandum, sc. secundum totum illud, q̄ pertinet ad sacramentum: dicentes quædā sacramenta s̄epi⁹ posse suscipi, quædā verò non. Nec tamē, quæ s̄epius sumuntur, totaliter iterantur: vt sacramenta altaris & vncionis: quæ licet sumantur s̄epius, tamē quia non iteratis, ita & rum benedicitur eadē hostia, vel idem oleum, non iteratur sacramētum cum iniuria. Sed dicet quis, Ressuscitatio & baptism⁹ non iteratur, et si aliquis frequenter baptizetur, dum eadē aqua nō iterū benedicatur. Sed aliud est inquiunt illi, de benedictione aquæ qua fit baptismus, aliud de benedictione panis & olei. Potest ēt baptismus celebrari in aqua, etiam non benedicta: quia illa benedictio pro reuerētia tantū sit & decore, virtute sacramenti. Sed corpus Christi non pōt confici, nisi de pane cōsecrato: nec vncio illa fieri potest, nisi de oleo ab Episc. consecrato. Ideoq; illa sanctificatio ad virtutē sacramēti pertinere videtur: In coniugio quoq; semel tantum benedicitur quisq; non s̄epi⁹. Benedicitur n. vt ait Amb. cum prima & nō secunda uxore. Si ergo cum Am. ad illud dicitur sacramētū non esse iterandū, nec iniuria i. Cor. 7. ei esse facienda, rationē dicti referas ad sanctifica- Beator au- tionē rei, qua sacramētū expletur: de omni sacra- temerit. to. 5.

mēto generaliter id verū est. Si vero ad suscep-  
tionē sacramenti, de quibusdā verū est, q̄ non iterā-  
tur crebra susceptione: de aliis vero quibusdā nō:  
quia frequenter sumuntur, vt hoc vncionis sacra-  
mentum, q̄ in omni penē ecclesia s̄epē repeti ur.